2546

Bylicki fratris sui germani sue eius successorem ad Officium praesens Castrensis Capitaneatus Premysliensis ex tunc recessu supradicto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo termino actionis terminos tamquam peremptorio stare iuri parere responde re damna statuta. Terminis iuris Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Illum Termi num primum peremptorium et alios omnes exinde consequen tes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infir mitate pro Maiori Minorennitate successionem legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad Quietores vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo Ad quietationem praeterea altera proximos Officij praefati Castrensis Capitaneatus Premysliensis Terminos dilationem sibi non re quirendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus Fatalijs Iuris exceptione Termino bello conuentio ne ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugi endo nec modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

22 XII. Feria Tertia in Crastino Festi Sancti Thomae Apostoli Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

Wieczycka et Drohoiowska

2547

Sobiesczanskiemu Cedunt

886

Comparentes personaliter coram Officio et Actis presentibus Castrensibus Capitaneatus Premysliensis Generosa Helisabetha de Goray Wieszczycka olim Generosi Ioannis Wieszczycki Consors relicta vidua atque Agnes de eadem Goray Drohoiowska Generosi Alexandri a Drohoiow Drohoiowski Consors legitima olim Generosae Catherinae de Praefata Goray Zerkowa Generosi olim Andreae Zerek Consortis sterviliter vita functae sorores germanae et successtrices suo pro interesse legitimae sanae mentibus et Corporibus ponentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo. presenti vero Castrensi Capitaneatus Premysliensis Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quaelibet illorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsae et quidem Generosa Drohoiowska cum eiusdem Mariti sui acti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Uliones ad infrascripta recognoscenda Consensu de omni et integro Iure suo infrascripto nempe de summa quae et quanta se Recognoscentes post fata eiusdem olim praedictae Generosae Catherinae Zerkowa sterviliter vita functae et de hac luce decessae sororis vero suae germanae inter alios Consuccessores Iure Dominio et Naturali successione spectat et concernit ex summa Originali quatuor Millium et Quingentorum florenorum polonicalium per Generosos Adamum Vladyslaum de Siecin Krasicki et Isabella olim de Cellaris

Coniuges

2548

Coniuges Ctimos supradictos olim Generosa Catherina de Csoray olim Gnosi Andreae Zerek Conti relicta vidua sui vero Recognitum sorori germanae in Anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono Actis officij Gentis inscripta et super bonis illorum propriis et haereditarijs vdlc certis sortibus in Intercisa eo Nomine conscripta specificatis in bonis villae Rokitnica consistentibus modo obligatorio de Anno ad Annum ad soluendum assecurata sese denuntiante nec non de eadē ipsa Inscriptione obligatoria Castren Premysliens tum de eadem ipsa Intercisa inter eosdem supradictos Gnosos Krasicki Coniuges ab vna et praefatam olim Gnosam Catherinā de Csoray Zerkowa parte ab altera ratione eorundem bonorum confecta et conscripta manibus contrahentium subscripta et vadio Quatuor Millium et Quingentorum florenorum polonicorum ad tenendum firmata Actisq officij Gentis in Anno eodem Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono roborata de Actu et data illius ibidem specificatis eiusq Inscriptione Roboratoria Castren Premysliens sed in tenore de Commissis latiori atq de bonis ijsdem in praefata Inscriptione obligatoria et Intercisa specificatis cum parata bonorū eorundē seu sortium memoratarum Intromissione Tuitione euictione pacificeq in heredes per se Recognites continuata possessionem cum omni Commissorum Iure Dominio proprietate competentiaq et prerogatiua quauis cumq omnibus et singulis Inscriptionis praefatae obligatoriae tum et Intercisae praedictae eiusq Inscriptionis Roboratoriae Castren Premysliens Iurisq pendentibus cessi Conditionibus punctis clausulis

articulis

articulis vadys ligamentis ac nervibus in universum omnibus summa quoq supraserta et bonorum seu sortium summa eadem one ratarum utilitatibus fructibus proventibus reditibus emolumentis commodis obventionibus attinentysq et pertinent qntr universis. Nihil ex praemissis Juris Dominij proprietatis ac cuiusvis competentiae et prorogativae pro se Recognentibus suisq successoribus aut quopiam alio reservans seu excipiens Verum prout praemissa omnia et singula praefati recognita ipsimet Recognentes tenuerunt habuerunt et possidebant ipsasq concernebant ac eisdem legitime serviebant Jam ex nunc et defacto Gnoso Joanni Sobieszanski eiusq posteris accepta ab ipso pro praemissis omnibus quantum pro sorte et interesse sui Recognentium plenaria et sufficienti satisfactione) cesserunt et condescenderunt prout cedunt et condescendunt praesentibus omneq et integrum Jus suum totum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Gnosi Joannis Sobieszanski Cessionary sui eiusq successorum totaliter et plenarie transtulerunt transfuderunt et incorporaverunt prout transferunt transfundunt et incorporant praesentibus In quod quidem Jus praesens cessum summae ac bona summa eadem onerata praemissaq omnia praefati per se Recognentes transfusa eodemq supradicti Recognentes praefato Gnoso Sobieszanski Cessionario suo eiusq posteris iam ex nunc et defacto coram officio praesenti dant et admittunt realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles duos die quacunq voluerit officiose acceptans Per ipsum Cessionarium suum et ipsos

posteros

2550

posteros hoc idem Ius praesens Cessum summam ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia per praesentes transfusa cum universis eorum utilitatibus et usufructibus competentiisque et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque successorum quosvis beneplacitos usufructus libere et effectualiter convertendi praefati Iuris Originalis ea omnia latius in se complectentis praesentes cessi et transfusi vigore Debebuntque et tenebuntur mutatis Recognites Generosa Helisabetha de Goray Wieszyczka atque Agnes de eadem Goray Drohoiowska prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusvis pecuniarum habitis et habendis praefato Generoso Ioanni Sobieszanski cessionario suo inscribunt et obligant praesentes ipsum et eius successores in dicto Iure cesso summa ac bonis summa eadem oneratis praemissisque omnibus praesentes transfusis et ratione eorundem omnium praesentes abscessorum ab omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis status et sexus cuiuscunque existentium ex re persona et occasione sui Recognitium ac suorum successorum Iurisque praesentes cessi tantummodo et non ultra exoriunda in omni Iudicio et officio Regni exoriunda semper toties quoties opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemque cum posteris reddere nec non hoc idem Ius praesens cessum summam ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia praesentes transfusa ab omnibus in genere Iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem praemissa omnia praesentes condescensa cuiusvis persona modo quovis itidem ex re persona et occasione

Occasione sui Recognitium suorumq successorum tantummodo et non ultra factis et faciendis tum etiam a quibusuis citationibus super eadem praemissa omnia praesentia cessa importatis et importandis lucris denique et seruitijs caeterisque iuris quibusuis in quocunque puncto gradu iuris dependentibus et in quouis Iudicio et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus transfusis iisdem ex re persona et occasione sui Recognitium suorumq successorum tantummodo et non ultra perductis et perducendis emundare et eliberare mundaque et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum summa eadem praesentibus a se cessa oneratorum dum per Nuncium competentem et Nobiles duos officiose requirentur non denegare imo debebit et tenebitur eadem libere dare et effectualiter admittere dataque et admissa eadem possessionem et usum fructum praemissorum omnium praesentium transfusorum quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsumque cessionarium suum et ipsius successores in praemissis omnibus praesentibus concessis nullo modo inquietari ita ut is idem cessionarius suus cum suis posteris hoc idem Ius praesens cessum summa ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus cessa cum uniuersis eorum utilitatibus et usufructibus competentiaque et prorogatiua quauis quiete et pacifice praesentibus inscriptionis Cessionariae vigore tenere habere et possidere queat illisque frui possit Idque sub vadio summae sorti et interesse sui Recognitium correspondenti per eadem Recognitus ouic eorum posterorum praenominato Cessionario suo et illius posteris ob non complemento praemissorum

omnium

2572

omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo pro quo quidem vadio summae sorti et interesse sui Recognitium correspondenti modo promisso ad solvendum sue-cubito ac pro re aliqua primi ex promissis non completa complenda Citatos existentes memoratae Recognites Generosa Helisabetha de Goray Wieszycha olim Generosi Ioannis Wieszycki Consors relicta vidua atque Agnes de eadem Goray Drohoiowska Generosi Alexandri a Drohoiow Drohoiowski Consors Legitima olim Generosae Catherinae de praefata Goray Zerkowa Generosi olim Andreae Zerek Comitis sterilites obita functae sorores germanae et successrices suo pro interesse legitimae suae earum posteri Ad Instantias suprascripti Generosi Ioannis Sobieszanski Cessionarii sui vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare Iuri parere respondere Vadium praetactum luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebunt et tenebuntur seque ac suos successores ad eadem omniaque inscribunt et obligant praesentes Illum terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori Minorennitate succonum legatione intra vel extra Regnum servitio Militari ad Munimenta ad quiccorem vel alys quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac promissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalys Iuris proroge termini bello Conventionesque ac alys omnibus Iuris remedys

et defensio

et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac
sua p[rae]senti personali recognitione ad omissa omnia mediante.

Sobieszanski Wiescickiey et Drohoiowskiey Roborat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis p[rae]sentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] 887
Praemyslien[sibus] Generosus Joannes Sobieszanski sanus mente et corpore
exis[tens] a Terris Districtibus Fundis Jurisdictionibusq[ue] suis quibusvis
propriis et Competentibus recedendo p[rae]senti vero Castren[si] Capitan[eali] Prae
myslien[si] Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum successoribus bonisq[ue]
suis gn[ra]l[ite]r omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse
se ac suos successores in et super bonis suis gn[ra]l[ite]r omnibus ac summis pe
cuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat p[rae]sentibus Scri
ptum certum Manuale per se Recognitem in rem et Manus Generosarum
Helisabethae de Goray Wiescicka olim Generosi Joannis Wiescicki Contis
relictae viduae atq[ue] Agnetis de eadem Goray Drohoiowska Generosi
Alexandri a Drohoiow Drohoiowski Contis l[egi]timae ratione certarum
rerum et conditionum in eodem scripto Manuali contentarum de Actu
et data illius hic Praemysliae die hodierna in Actu contenta Confectum con
scriptum datum manu sui Recognitis propria subscriptum in omnibus
et singulis scripti eiusdem Manualis conditionibus punctis clausulis arti
culis Rigore ligamentis ac nexibus in universum omnibus eisdem
Generosis Wiescicka et Drohoiowska eorumq[ue] posteris firmiter tenere
complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusq[ue] et singulis eiusdem
scripti Manualis contentis tam in toto quam in quavis minima parte